Concordat

Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Joanni Paulo Woronicz Electo Cracovien. Salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum nuper Nos pridem Ecclesiae Cracovien. certo tunc extra modo pastoris solatio destitutae de persona tua Nobis et Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus ob exigentiam meritorum accepta de Fratrum eorumdem consilio Apostolica auctoritate duxerimus providendum praeficiendo te illi in Episcopum et pastorem Curam Regimen et Administrationem ipsius Ecclesiae Cracovien. tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis literis plenius continetur. Nos ad ea quae in tuae commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut a quocumque quem malueris Catholico Antistite gratiam et communionem Sedis Apostolicae habente accitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis Catholicis Archiepiscopis vel Episcopis similem gratiam et communionem habentibus munus consecrationis recipere libere valeas et eidem Antistiti ut recepto prius per eum abs te Nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito iuramento iuxta formam praesentibus adnotatam munus praefatum auctoritate Nostra tibi impendere libere et licite possit plenam et liberam eadem Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus facultatem. Volumus autem et eadem auctoritate statuimus atque decernimus quod nisi prius recepto a te per ipsum Antistitem iuramento praedicto idem Antistes munus huiusmodi tibi impendere et tu illud recipere temere praesumpseritis idem Antistes a pontificalis officii exercitio et tam ipse quam tu a Regimine et Administratione tam spiritualium quam temporalium Ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso praeterea et volumus quod formam iuramenti a te tunc praestiti Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas per proprium nuncium quantocius destinare procures. Quodque per hoc Venerabili Fratri Nostro Archiepiscopo Gnesnen. cui dicta Ecclesia Cracovien. metropolitico iure subesse dignoscitur nullum in posterum praeiudicium generetur. = Forma autem iuramenti quod praestabis talis est. Ego Joannes Paulus Woronicz electus Cracovien. ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae et Domino Nostro Domino Pio Papae VII suisque Successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu [illegible] facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniuriae aliquae inferantur quovis quaesito colo[illegible]ilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuncios seu literas ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia Sancti Petri [illegible] adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum Sedis Apostolicae in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Sanctae Romanae Ecclesiae Domini Nostri Papae et successorum praedictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum Dominum Nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel praeiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari noverim vel tractari impediam hoc pro posse et quanto citius commode potero significabo eidem Domino Nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas Sanctorum Patrum Decreta Ordinationes Sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata Apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Vocatus ad Synodum veniam nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum limina singulis quadrienniis per me ipsum visitabo et si post primam visitationem personaliter facere non potero per aliquem idoneum Nuntium de gremio etiam Ecclesiae aut alium in dignitate constitutum aut alias personatum habentem et de statu Ecclesiae instructum qui vice mea Apostolico Conspectui se praesentare de legitimo impedimento huiusmodi talem per iuramentum legitimum fidem facere teneatur in [illegible] — Possessiones vero ad mensam meae Ecclesiae pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesiae meae inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem devenero poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo. Constitutionem super prohibitione investiturae Bonorum quorumlibet de Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo quinto editam servabo. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo quinto decimo [illegible] Januarii Pontificatus Nostri Anno Sexto decimo.

C. Battaglia

C S

C. Battaglia

Concordat

PIUS

[P]ius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Joanni Paulo Woronicz electo Cracovien. salutem et apostolicam benedictionem. Ap-
ostolatus officium ... Ecclesiae Cracovien. ... certo modo pastoris solatio destitutae de persona tua nobis et venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus ob
tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate duximus providendum praeficiendo te illi in Episcopum et pastorem curam regimen et administrationem ipsius
Ecclesiae Cracovien. tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos ad ea quae in tuae commoditatis
augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut a quocumque quem malueris Catholico Antistite gratiam et communionem
Sedis Apostolicae habente accitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis Catholicis Archiepiscopis vel Episcopis similiter gratiam et communionem habentibus
munus consecrationis recipere libere valeas et eidem Antistiti ut recepto prius per eum a te nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito juramento
iuxta formam praesentibus adnotatam munus praedictum auctoritate nostra tibi impendere libere et licite possit plenam et liberam eadem apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus
facultatem. Volumus autem et eadem auctoritate statuimus atque decernimus quod nisi prius recepto a te per ipsum Antistitem juramento ... idem Antistes munus
huiusmodi tibi impendere et tu illud recipere temere praesumpseritis idem Antistes a pontificalis officii exercitio et tam ipse quam tu a regimine et administratione tam spiri-
tualium quam temporalium Ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso. Praeterea volumus quod formam juramenti a te tunc praestiti nobis de verbo ad verbum
per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas per proprium nuntium quantocius destinare procures quodque per hoc venerabili fratri nostro Archiepiscopo [illegible] cui ipsa Ecclesia Cracovien.
metropolitico iure dignoscitur subesse nullum in posterum praejudicium afferatur. = Forma autem juramenti quod praestabis talis est. Ego Joannes Paulus Woronicz electus
Cracovien. ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae ac Domino nostro Domino Pio Papae VII suisque successoribus canonice intrantibus.
Non ero in consilio aut consensu [illegible] facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur aut iniuriae aliquae
inferantur quovis quaesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuntios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum
Romanum et Regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum Sedis Apostolicae in eundo et redeundo hono-
rifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Sanctae Romanae Ecclesiae Domini nostri Papae et successorum praedictorum conservare defendere augere
et promovere curabo. Nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum Dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel praejudi-
cialia personarum juris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quanto citius commode
potero significabo eidem Domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas Sanctorum Patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes
provisiones et mandata Apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Vocatus ad Synodum veniam nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum
limina singulis quadrienniis per me ipsum visitabo et si post primam visitationem personaliter factam venire non potero [illegible]
[illegible] Apostolico [illegible] se praesentare de legitimo impedimento huiusmodi [illegible] per juramentum legitimum fidem facere teneatur [illegible]
Possessiones vero ad mensam meae Ecclesiae pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli
Ecclesiae meae inconsulto Romano Pontifice [illegible] ad aliquam alienandi [illegible] poenas in [illegible] super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo [illegible] super
prohibitione innovatur Benedicti [illegible] de Anno Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quinto editam servabo sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.
Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo quinto decimo
Quarto decimo Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno Sexto decimo.

Mar. Card.lis [illegible]

F. Pretucci
J. Massai

Expedit. die nona Martii A.o XVI.
Ph. Antognetti

Ph. Fragnoni

J. Battaglia pro Cap.o

V. Do[illegible] V. Lando

dnia 23 kwietnia 1832 r.

